



in prima parte ponit exordium in quo dicit se uigilem circa scandala clerici tolleada. secundo narrat discordias predicatorum et minorum euz clero super tribus precipue. s. predicationis confessionis et sepulture. tertio prouidet circa predicationes. quarto circa confessiones quinto circa sepulturas. sexto reuocat privilegia et consuetudines statuta et pacta contraria. septimo hortatur et precipit per clerum predictos ordines et professores ipsorum benigne tractari et contra facietibus cominatur. et c. Ita ibi absolui. tertia ibi nos autem. quarta ibi statuius. et c. quinta ibi huiusmodi. sexta ibi nos et enim. septima ibi cetera legam usq. ad s. huiusmodi. ¶ No. prima ex probemio cle. q. iura sunt inno uanda et reuocanda pro ut suadet utilitas temporis instantis et experientia facit de consan. et affini. non debet. ¶ Et no. unum finem in constitutione attendendum et eius editione. s. ut edat ad pacem et quietem subditorum facit qd habetur in probemio gregori. iiii. di. erit autem. ¶ No. ex titulo constitutionis bonifacii iura edenda ad perpetua rei memoriam de quo de re iudi. ad apostoli ce. in vi. in principio dic ut ibi. ¶ No. g. exordio constitutionis bonifacii circa quid precipue debet uacare romanus pontifex quia circa illa que tendunt ad gloriam et exaltationem fidei et profectum animarum fidelium et quiete subditorum maxime prelatorum et religio forum et omnium qui sunt in ordine clericali et ad tollenduz dissensiones et scadala inter predictos et not. illud quod pacis auctor non bene colitur nisi tempo re pacis. ¶ No. dissensiones et scandala suscitare rancores et odia. in uers. ab olim. ¶ No. q. rector ecclesie parrochia lis non est prelatus an dicatur habere dignitatem uide d. elect. statutum in glo. prima in vi. ¶ No. hoc preferri predicatoribus minoribus nec mirum q. eoz ordo fuit antiquior ut habetur de elec. quorumda. in vi. et ibi no. ¶ No. tria super quibus precipue oriebatur discordia inter rectores prochiales et istos mendicantes de ordine predicatorum et minorum in uers. nos autem no. q. i. commodum subditorum et filiorum ceulsetur esse in commodum superiorum

et partis ¶ No. q. res poderosas quis debet intra pectoris clausuram cum diligenti consideratione reuoluer ¶ No. hec uerba pulcherrima pro faciendo probemium in tractatu pacis de discordiis ante habitis ¶ No. in quibus locis possint fratres predicatorum et minores predicare et quo tempore quia i ecclesiis seu in monasteriis ipsorum fratrum seu i plebeis communibus tempore tamen quo prelati loro rum no. predicent solempniter nec coram se faciant predicari ad funera autem defunctorum et in festis specialibus distorum fratrum et in studiis generalibus in die qua solet generalis sermo fieri ad clerum etiam dicto tempore possunt predicare nisi predicare uellent tempore quo prelatus loci facit generalem conuocationem cleri in ecclesiis autem parochialibus non possunt predicare nisi inuitentur a rectoribus ipsarum uel nisi de mandato episcopi uel alterius superioris prelati id facerent quia tunc si id concedat absentibus curatis et etiam inuitis et nulla licentia ab eis petita possunt predicare etiam non inuitati secundum pauluz ¶ No. ex tex. ibi predicare cessabit secundum guil. q. ubi ius commune concurrit cum privilegio preferitur ius commune nec mirum quia natura originis potior est acquisitione s. ad munici. l. libertus. s. prescriptio. ¶ Item ex hoc nota extra ordinariam. s. de mino. l. in cen. s. causa cognita ¶ Item not. ealum in quo privilegium speciale no. derogat iuri communi et sic fallit hec regula generi. per spetiem de reg. iur. in vi. fallit et in casibus ibi notatis secundum guil. in uers. statuum. ¶ No. qualiter se debeant habere fratres predicti ut possint audire confessiones et dare penitentiis quia superiores distorum fratrum debent petere licentiam pro fratribus quos elegerunt a diocesano loci ubi situm est monasterium et a diocesano loci uicini ubi non sunt monasteria ipsorum si ibi uelint audire confessiones ¶ Et nota. quales personas debeant eligere dicti superiores ipsorum fratrum Ex quo habes qualis debeat esse confessor quia debet esse modestus discretus ac peritus et probatus in uita et moribus ¶ Item no. q. ultra electionem reg